

OLC Chapter Twenty-Six Vocabulary – TPRS Story

Dei Romani armati sunt, et sine timore pugnant. Cur? Quod bene armati sunt – gladios bonos, scutos bonos, et plus habent. Quanta arma deorum sunt! Quantus gladius Martis est! Quantum fulmen Iovis est! Sed quis arma deorum facit? Quis gladios Martis facit? Quis fulmina Iovis facit? Vulcanus, qui non est tyrannus, facit.

Vulcanus in Monte Olympo habitat, sed ad montem ardentem pervenit et sub monte ardenti laborat. Hic mons ardens est Mons Aetna. Mons Aetna pars insulae Siciliae est .

Etiam sub monte ardenti, Cyclopes laborant. Cyclopes monstra magna sunt. Cyclopes solum unum oculum habent, sed non timorem habent (nisi Polyphemus, qui multum timorem habet quod nec oculum nec partem oculi, habet!).

Ubi dei cupiunt esse armati, ad montem ardentem perveniant. Vulcanus incudem ferit magna potestate. Quanta potestas Vulcani est! Vulcanus ferit et ferit et tandem dicit, “Satis laboris! Gladius confectus est!” Etiam Cyclopes incudem feriunt. Quanti Cyclopes sunt! Feriunt et feriunt et tandem Vulcanus dicit, “Cyclopes! Satis laboris! Gladius confectus est!” Vulcanus non tyrannus est.

Etiam sub ultima parte montis ardentis est monstrum Typhon. Typhon est tyrannus et pessimus. Typhon timorem Iovis habet. Olim, Iuppiter et Typhon se pugnant in ultimo bello deorum. Tandem, Iuppiter dicit, “Satis!” et misit Typhon ad locum ultimum sub monte ardenti. Hodie Typhon non armatus est, sed sub monte remanet et dicit, “Iuppiter tyrannus est!”

italicized = prop; underlined = perform action

<u>Key Vocab</u>	<u>Action</u>	<u>Props</u>
ardeo	strike a match	<i>match</i>
ferio	golf swing	<i>hammer</i>
pervenio	reach out far with arm/hand	
satis	hands out, palms out, forcefully	
gladius	draw sword from scabbard	<i>sword</i>
pars	trace line down part in hair	
tyrannus	raise arms in tyrannical fashion	<i>pic of Fidel Castro</i>
timor	step back in fear	<i>ghost</i>
armatus	make muscles	<i>Roman soldiers</i>
quantus	flash palms open & closed as if enumerating	
ultimus	hold palm up, slowly put down 4 fingers until one is left	<i>pic of person last in line</i>